

N. 96.

A. D. 1144.

(settembre, Indiz. VII).

<i>Data di luogo</i>	Bari.
<i>Rogatorio</i>	Iohannes protonot.
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang.: alt. 0,87 1/2, largh. 0,18.
<i>Scrittura</i>	Minuscola.
<i>Contenuto</i>	<i>Petracca chroni, f. Iohannis</i> , di Bari, vende, per 200 <i>ducales</i> , a <i>Urso veneno, f. Clementis</i> , di Bari, una vigna e mezzo di terra <i>in loco Sex arbores</i> .
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno incarnationis domini nostri iesu christi millesimo centesimo quadragesimo quarto. Regni autem felicissimi domini nostri Roggerii regis invictissimi Sicilie et Italie tertio decimo. Mense september septima indictione. Ego Petracca chroni f. Iohannis de civitate Baro. Declaro quia habeo et pertinet michi per vicariationem a kiri Melia f. domini 5 Stefani qui et sclavi foris hac civitate in loco ubi vocatur Sex arbores una et media vinea iuxta vineas Maiorelli qui vocatur de turricclo et iuxta vineas Nicolai f. Fusconis et iuxta mediam vineam ecclesie sancti Stefani de predicto loco. Et aptum michi videtur illas vendere, et pretium inde accipere ad opus mee utilitatis agendum. Et dum hoc aptum michi facere visum est, ideo ante presentiam nobilium hominum testium subscriptorum, quibus 10 predicta et subscripta nota facta sunt. Ego qs. Petracca bona mea voluntate, per fustem dedi tradidi atque vendidi tibi Ursoni veneno f. Clementis ex predicta civitate, totas et integras ipsas prenotatas unam et mediam vineas coniunctas et cohadunatas, que his circumdantur finibus. Ab oriente a medio canale est vinea ipsa prelati Maiorelli. A meridie a medio canale est affata vinea prenominati Nicolai. Ab occidente a medio canale est prefata media 15 vinea prenotate ecclesie. A septentrione a medio canale est vinea Petracce qui vocatur de Cupersano. Infra hos autem fines dedi tradidi et vendidi tibi iamdicto Ursoni totas et integras ipsas prenotatas unam et mediam vineas una cum inferioribus et superioribus suis, anditis giris et tornatoriis suis trasitu et exitu suo omnibusque suis pertinentiis. Ex qua 20 datione traditione et venditione, nec michi nec meis heredibus neque ulli homini aliquam portionem vel potestatem obtinui vel reservavi habendam vel requirendam. Sed trasactive illas dedi tradidi et vendidi tibi possidendum. Et pro confirmanda et stabiliscenda tibi et tuis heredibus hac prephata datione traditione et venditione, de presente recepi a te predicto Ursone veneno ducentos ducates bonos, finitum pretium quod exinde apud me habere dico. Ea videlicet ratione ut a presenti die in antea hec prephata datio traditio et venditio 25 qualiter prelegitur trasactive sit in potestate et dominatione tua et tuorum heredum habendi dominandi possidendi et omnia in ea et de ea faciendi, ut vestra erit voluntas, sine requisitione et contrarietate mea et meorum heredum omniumque hominum. Insuper ego et mei heredes defendamus tibi tuisque heredibus hanc prephatam dationem traditionem et venditionem ab omni nostro debito servitio et relegatione nostra, et a parte uxoris mee heredibus

et mundoaldis eius, et ab omni humana persona, que vobis illam tollere aut contrariare 30  
voluerit vel aliquid inde subtrahere vel minuare quesierit, ut securi et quieti et sine omni  
dampno semper exinde maneatis ex omni parte. Super hoc autem et bona mea voluntate  
ego qs. Petracca guadiam et meipsum mediatorem tibi predicto Ursoni dedi. Eo tenore ut  
ego et mei heredes maneamus semper in hac prephata datione traditione et venditione et  
omnia faciamus et adimpleamus tibi et tuis heredibus qualiter preleguntur. Et si taliter hec 35  
omnia predicta vobis facere et adimplere noluerimus, et per causationem vel per legem vos  
exinde miserimus per quodcumque ingenium, obligo me et meos heredes dare vobis penam  
viginti aureos solidos et totidem in publico, omnia vobis inviti adimplentes que prescripta  
sunt. Propter quod licentiam tribui tibi iamdicto Ursoni et tuis heredibus pignerare me et  
meos heredes per omnes nostras causas legitimas et illegitimas quascumque nobis ubicum- 40  
que inveneritis sine calumnia, donec omnia vobis faciamus et adimpleamus que preleguntur.  
Et hanc cartam venditionis licentia subscripti iudicis scripsit Iohannes protonotarius qui  
interfuit.

† Regalis supra index barensium Leo de Rayza.

† Melipeza Petrace (*sic*) critis f.

45